proſequens:[z] lucē[ꝛ] amans:libenter euitat[a] nodoſe[b] ambiguitatis inuolucrū:[c] illamqꝫ ſibi ſemꝑ in ſuis oꝛdinatiōibus reſeruare cautelā[d] intendit[e] ut de[f] illis ita proueniat cōmodum ꝙ aliis nō immineat detrimentū.[g] ¶ Sane[h] pꝛidem ad diuini cultus augmentum[i] ⁊ ad ſalutē[k] populi quē in nōnullis[l] ciuitatibꝰ ac dioc. ſic multiplicauit[m] altiſſimus: ꝙ in earū[n] ſingulis ſingulorū[o] uultus[p] nequibat ut[q] eum decet unicus[r] paſtoꝛ inſpicere aut[s] alias partes[t] boni paſtoꝛis īplere: ſalubꝛiter intendentes in ipſis dio. quarum nōnullas in duas ⁊ aliquas in plures dioc. duximus[u] diuidendas. certas ciuitates[x] et eccleſias ereximuſ cathedrales:[y] quarū ſingulꝭ ꝓpꝛias diſtinctaſ ⁊ limitatas[z] dioc.[a] iuſſimus aſſignari. uerū[b] quia plures an̄[c] oꝛdinationē ſeu diuiſionē noſtram huiꝰ tā a nobis qꝫ a p̄de. noſtris romanis pōtifi. apoſtolicas obtinuerunt litteras[d]

a ¶ Euitat.nec mirū cum ad eam et ad eius onus ſpectet iuris dubia declarare.extra qui fi.ſunt le.c.per venerabilem.§.rationibus.cum eius ſit interpretari cuius fuit et condere.C.de legi.l.vlt.xi.q.i.§.ex his omnibus.extra de ſen.ex.inter alia.

b ¶ Nodoſe.i.perplexe ⁊ inuolute adinſtar nodi inextricabilis ſi.extra de ver.ſig.cum olim.inſti.de fideiuſ.heredi.§.ſed qꝛ.

c ¶ Inuolucrum.i.inuolutionem et perplexitatem.

d ¶ Cautelam.eius cautela magna debet nobis eſſe inſtructio lxxxi.di.legitur.

e ¶ Intendit.ſ.in dubio.

f ¶ De illis.ſcilicet oꝛdinationibus.

g ¶ Detrimentū.hoc dicit quia non debet vni cū alterius iniuria ſubueniri.xxij.q.ij.c.pꝛimū.xiiij.q.v.deniqꝫ.C.de emanci.li.l.nec annꝰ.vnde in dubio papa per ſuam oꝛdinationē nō intendit iuri alterius derogare.ff.ne quid in loco pu.fi.l.ij.§.merito.et.§.ſi quis a pꝛincipe.xcix.di.nullus.et.c.ecce.de offi.dele.ex parte.ij.et.c.ſuper eo.de reſti.ſpo.audita.cū ſi.ratio huius eſt.quia omnibus ſubditis equalis defenſio iuꝭ eſt per legē debita.ff.de penis.l.capitalium.§.ad ſtatuas.et per conſequens ꝑ pꝛincipem cū ipſe obtinere velit qꝺ ſue leges uolunt in coꝛ.autē.de iudi.§.omnis aūt.col.vi.ne alias inde videātur C.vnde vi.l.meminerint.extra de accu.qualiter.

h ¶ Sane pꝛidē.ij.ꝑs.et ſume uerbū ſalubꝛiter intēdēs qꝺ ē.j.

i ¶ Augmentū.deſiderium eſt eni et eſſe debet cuiuſlibet fidelis et potiſſime vicarij chꝛiſti augmentare cultū diuinū ut hic:et extra de conſti.ex parte de reſcrip.qꝛ per ambitioſam.li.vi.

k ¶ Salutē populi.ſ.chꝛiſtiani indigentis ꝑmaxime pabulo uerbi dei.math.iiij.c.xliiij.di.ſit rectoꝛ.exꝭ de of.oꝛ.c.inter cetera.

l ¶ Nōnullis.i.aliquibus.duobus eni uerbis negatiuis magis affirmari ꝙꝫ negari videtur.ff.de ver.ſig.l.duobus.ſi.de reſcri.qꝛ nōnulli.de hoc plenius dixi in decre.cū inter nōnullos.

m ¶ Multiplicauit altiſſimus.deus ergo multiplicare ſuū popopulum dicitur cuꝫ ſine ipſo fiat nihil.io.pꝛimo.C.de veteri iur.l.i.xxiij.q.iiij.ca.nabuchodonoſoꝛ.in verbo nō ergo.alias eſt ibi.§.

n ¶ Earū.ſ.ciuitatū.uel dioceſum.

o ¶ Singuloꝝ.ſ.de populo.

p ¶ Uultus.hoc verbum ſumi pōt large pꝛo actu extrinſeco et tunc exPones.uultus.i.actus exterioꝛes ſeu extrinſecos ex quibus de intrinſecis p̄ſumitur bonū uel malū.xli.di.§.vl.xxxij.q.v.qui viderint.exꝭ de pꝛeſump.ex ſtudiis.inſti.de rerū di.§.ceruos.in coꝛ.auten.de mona.§.cogitandū.col.i.vnde uerſus.intima per moꝛes cognoſces exterioꝛes.poteſt etiā accipi ſtricte pꝛo aſpectu faciel.et expone tunc uultus.i.facies quas epuſ confeſſionis tēpoꝛe in confitentes ſibi debet inſpicere ut diſcernat quanto rubore ſeu tremoꝛe uel erubeſcentia quis peccata cōfiteatur ut ſecundū hoc penitentiā moderetur.ar.ad hoc.ff.de queſti.de iunioꝛe.§.toꝛmentaq.cautela eſt tamē adhibēda:ne ex aſpectu concupiſcētia inhoneſta poſſit ſubſequi puta ex aſpectu faciei muliebꝛis.ſuper quo vide qꝺ plene no.hoſt.in ſum.de penis.§.qliter ſacerdos

q ¶ Ut eum decet.hoc dicitur qꝛ epiſcopus curam habere diciꝭ omniū ⁊ ſingulorum de dioc.x.q.i.regenda.xxv.di.ꝑlectis et ipſoꝝ anime de eiuſ manibus requiruntꝭ.extra de of.oꝛ.irrefragabili.de reg.iur.quamuis.

r ¶ Unicus paſtoꝛ inſpicere.quare ob multitudinē meſſis credentiū dignum fuit ut mitterentꝭ alii operarii ad tantā meſſem recolligendā.xxij.di.in nouo

ſ ¶ Aut alias.puta.ſ.p̄dicationibus ſacramentoꝝ collatōibꝰ.et ſi.de offi.oꝛdi.inter cetera.

t ¶ Partes boni paſtoꝛis.quales debeant eius eſſe vide quod no.xliiij di.ſit rectoꝛ.et.xlv.di.diſciplina.

u ¶ Duximus diuidendas.diuiſio et vnio epiſcopatuū ad ſolū papam noſcitur pertinere.xvi.q.i.pꝛecipimus.et.c.ſicut.extra de exceſſ.pꝛela.ſicut vnire.

x ¶ Ciuitates.no.ciuitatē dici anteꝙꝫ ibi ſit ſedes ep̄alis.non ergo talis ſedes conſtituit ciuitatem.ad ideꝫ.iij.q.ij.audiuimus.lxxx.diꝭ.c.i.extra de pꝛiuile.c.i.ubi de hoc per pe.de ſap̄.quid autē dicatur ciuitas uidere potes qꝺ ſuꝑ hoc recitat gy.ꝺ reſcri.ſtatutū in uerbo ciuitatibꝰ.li.vi

y ¶ Cathedrales.i.epiſcopales.

ȝ ¶ Limitatas.taliū dioce.limites p̄ſcribi nō p̄nt.xvi.q.iij.c.lꝫ ī reguꝭ.

a ¶ Dioceſis.a quo loco dioc.incipiat cōputari an a fine ciuitatis que muroꝝ ambitu claudiꝭ an a fine ſuburbioꝝ ciuitatis.uide qꝺ no.Uin.de reſcrip.rodolphus.et guil.in.c.ſtatutū ſuꝑ verbo in ciuitatibꝰ.li.vi.

b ¶ Uerum.tertia pars.

c ¶ Ante oꝛdinationem.de obtinentibus enim litteras poſt talē oꝛdinationem et diuiſionem non eſſet dubitatio cum littere de vna dioc.mentionem facientes ad aliā ſuum effectum nō extenderent.

d ¶ Litteras.tales littere utpote ambitioſe ſunt reſtringende non relaxande.extra de pꝛeben.cū olim.et eo.ti.c.quāuis.li.vi.et de talibus litteris conſueuit ꝑ aliquos dici ꝙ in beneficialibꝰ ſunt loco tituli.ut no.com.de reſcrip.c.ſuper litteris.circa fi.ſed in contrariū videtur ꝙ gratia que ſine litteris fieri pōt:ſemper litteras pꝛeuenit.ut no.inno.de reſcrip.conſtitutus.nam ſola uerbalis collꝭ.facta cōſentienti dat ius in beneficio de pꝛeben.ſi tibi abſenti.de cōceſſ.p̄ben.c.vlt.li.vi.et ar.C.de dona.l.ſancimus.§.excepꝫ.⁊ no.inno.de reſcrip.c.lr̄as.vnde potes dicere ꝙ littera apoſtolica eſt loco tituli.quo ad ꝓbatōeꝫ iuris queſiti per collatōem p̄cedentē:nō autē eſt ꝓ titulo quo ad iuris acquiſitionē cuꝫ ſine ea ſit iam queſitū.aliqui tamē dicunt ꝙ littera eſt ꝓ titulo in collatione facienda nō autē in iam facta.uel eſt titulus remotus nō immediatus.ſic videꝭ ſentire gui.de litis cōteſt.c.exceptionis.in glo.i.ad pꝛin

cipale.li.vi.ſaltem et forte uerius poteſt dici ꝙ etiã in facienda nõ ſit titulus.qꝛ ſicut in iam facta uerbalis collatio eſt titulus iure q̃ſitus abſqʒ alia traditione.ar.extra de accu.accedens.et no.compoſt.de cõſti.cum M.et inno.de p̃ben.c.cũ inter.ita et in faciẽda mandatũ uerbale factuʒ conferendo eſt titulus cuius vigore cõpetit imploratio officij mandatarij pro facienda collatione qua facta aſſequit̃ quis ius in re nõ ius ad rem licʒ non in re.de p̃ben.c.quorundã.de cõceſ.prebẽ.ca.vlt.li.vi. Sʒ littera apoſtolica erit ꝓbatio illius tituli ſicut alia ſcriptura que fit de titulo nõ eſt titulus cuʒ frequenter ſolo cõſenſu pficiatur.ff.de ac.et obli.l.ex conſenſu.inſti.de ob.que ex cõ.cum ſi. Sed eius ꝓbatio.ff.de pig.l.cõtrahit̃.et ad iſta potes videre qđ gul.pro et contra plene ꝓſequitur in ꝓhe.li.vi.⁊ qđ alias dixi ad iſtam materiam de reſcrip.ca.litteras.cle.v.

e Jn ipſis.ſ.ciuitatibus.

f Tunc.ſ.tempore diuiſionis per nos facte.

g Vacaturis.in quibus ſolus papa non alius ius conferre poteſt.de cõceſſ.preben.propoſuit.

ſuper beneficiis eccleſiaſticiſ in[e] ipſis tunc[f] integris dioce. uacaturis[g] quarũ[h] nõnulle[i] reſtant adhuc[k] executioni[l] mãdande: nos ammouere uolẽtes[m] cuiuſuiſ dubitatõis ſcrupulum[n] circa executionem gratiarum ſuper huius beneficiis cõceſſarũ poſſet[o] forſan incidere: et ꝓuide[p] conſiderantes attentius ꝙ per ordinationem ſeu diuiſionem noſtrã predictam[a] ius[b] ad reʒ expectantibus dicta beneficio annua cõpetens ex[c] ratione mutari[d] nõ debʒ qui adeo efficax in diuiſis dioce. maneat[e] gratia[f] ſicut prius[g] erat auctoritate preſentiũ declaramus[h] ꝙ omnes et ſingule gratie ſuper beneficiis uacaturis[k] ante diuiſionẽ hmõi[l] in ipſis quondam integris[m] dioce. a nobis uel p̄dictis p̄de. perſonis quibuſcũqʒ[n] cõceſſe[o] tam ipſis[p] nũc[q] diuiſis q̃ʒ in aliis[r] dioc. deciſis ab illis eiſdẽ modo[t] et forma poſſint ſuo[u] ordine per executores[x] inde datos et alios ad

l.heredes.§.anna.et.§.contra ſi promiſſor. et de iuriſdictione ſeu viſitatione que in totum debet̃ ſicut prius poſt talẽ diuiſionẽ ut in extraua.domini io.pape.xij.que incipit.ad apoſtolat⁹.

g Prius erat.ratio huius eſt qꝛ ex diuiſione ſecuta conditio obligationis ex gratioſis litteris ortum habens mutari de iure nõ poteſt.ar.ff.de ver.ob.l.ij.§.p̄torie ſtipu.et.l.p̄torie.§.incertam fami.herci.l.heredes.§.contra ſi ꝓmiſſor.cum ſi.

h Declaramus nõ videtur ergo hec conſtitutio iuris noui editiua ſʒ antiqui declaratiua cuius iur̃ antiqui mẽs colligitur ex iurib⁹ in glo.ꝓxi.allegatis.

i Gratie.cum dicat omnes et ſingule intelligendũ eſt ꝙ hic dicitur ne dũ de conceſſis in forma ſpeciali immo in forma cõmuni puta pauperũ quia licet in illis ſcđm aliquos littere tales dicunt̃ de iuſticia nihilominus gratioſe dicunt̃ cũ omni lege humana papa ſit ſolutus.ix.q.iij.cuncta per mundũ ff.de legi.l.p̃nceps.uel alio reſpectu ſunt gratioſe in hoc ꝙ magis vni q̃ʒ alij conceduntur.extra de preben.relatum cũ ibi no.ar.ff.ad ſena.con.ſilley.l.iij.§.ſicut omnes.de reli.l.vlt.extra de iurepa.cum autem.cũ ſi.et hũc intellectum denotat uerbũ quibuſcunqʒ.quod eſt.j.

h Quarum.ſ.litterarum. i Nõnulle.i.alique ſeu multe.

k Adhuc.ſ.poſt factam predictam diuiſionem.

l Executioni.que nõ debet retardari p̄textu obiectus criminis.ſ.quo ad miſſionem in poſſeſſionẽ niſi contra publice diffamatum.de accu.accedens.vnde littere executorie conſueuerunt cũ curia emanare an alias p eas ius et q̃le q̃rat̃:uide qđ.no p hoſ.et inno.de reſcri.c.ꝯſtitut⁹.

m Volentes.dic ut dixi.ſ.in verbo euitat.

n Scrupulum.i.ſollicitudinẽ ſeu curioſitatẽ.ſi.de.ſimonia p tuas.ij.

o Poſſet incidere.hoc dicit quia nihil ſic indubitatũ eſt iter homies quin poſſet licet alias ſit deciſum quandã ſollicitam dubitationẽ ſuſcipere.in cor.auten.de tabelli.§.et nõ fingant.col.iiij.

p Prouide conſiderantes.ꝓuida ſcđm ius fuit conſideratio cõditoris huius capituli per ea que not.ſ.in verbo detrimentum.

a Predictam.ſ.factam de vna dioc.in duas uel in plures.

b Jus ad rem.i.ad petendũ beneficiũ competens et illud eſt conditõ ex canone uel officium iudicis.ut no.inno.de conſti.cuʒ M.in glo.pe.et de preben.inter cetera.in glo.ſ.collatio et iſtud ius petẽti cõpetit ex mandato pape facto de ꝓuidendo aliter de beneficio uacaturo ut dixi ſ.in glo.tales lr̃e.et eſt ius in re qđ ex collatõe queſitũ eſt ut ibi dixi.

c Ex ratione.ſ.iur̃ ſcđm quam princeps licet ſolutus legibus ꝓfitetur ſe uelle uiuere.C.de legi.l.digna vox.nec vult a iuris tramite deuiare extra de ꝓba.licet.de excep.cuʒ inter.de accu.licʒ.§.ne autẽ alias imo.vult obtinere quod ſue leges volunt.in cor.autẽ.de indi.§.omnis autẽ et talis voluntas in eo appellatur poteſtas ordinata.ex uoluntate autem illa ſolutaqʒ poteſtate qua cunctis p̄eminet talis mutatio de qua ſequitur fieri potuiſſet.de reſcrip.qꝛ per ambitioſam.li.vi.et ar.de pe.di.iij.§.in pſona.tunc enim ſufficeret ſibi ꝓ ratione uolũtas.inſti.de iure na.§.ſed quod principi.ff.de conſti.princi.l.i.que in dubio ſancta et iuſta preſumitur.xl.di.c.non nos.et ibi nota.

d Mutari non debet.facit.ff.de iti.actuqʒ pri.l.nec eniʒ.C.de admi.tu.l.ſancimus.extra de re.iur.c.factum legitime.li.vi.

e Maneat.ſ.ius.ad rem competẽs.ſimile põt induci de legato uel fideicõ.relicto qđ efficax remanet ſicut prius licet diuiſio interuenit.ff.de leg.l.ticia.§.lucia.de pig.obli.

f Gratia.que firma remanet licʒ res obligata diuidatur.C.cõia utri.iudi.l.ſi factis.et de ſeruitute que ſolida debet̃ licet fundus ſeruiẽs ad plures deuenerit.ff.ſi ſerui.uen.l.loci corpus.§.ſi fundus.⁊.ff.fa.herci.

k Vacaturis.de conceſ.igitur ad illã vacantia beneficia hic non loquitur cum in illis facta gratia ſtatim poſſit ſuum effectum conſequi nec ex diuiſione ſubſequẽti poſſit in illis alicuius ꝓbabilis dubitatõis ſcrupulum ſuboriri contra quod preſens conſtitutio prouiſionẽ inducit declaratoriam.

l Huiuſmodi.ſcilicet dioce.

m Integris.id eſt non diuiſis.

n Quibuſcũqʒ.iſtius verbi vniuerſalitas exp̄ſſe deſignat ꝙ etiam de gratijs in forma cõmuni conceſſis qđ hic dicit̃ intelligatur.ar.ff.de here.inſti.l.hoc articulo.extra de ma.et obe.ca.ſolite.iuxta fi.et quia in eis fauorabilior eſt cauſa nõ mutandi illius ad rem competens ex talibus diuiſionibus q̃ʒ in ceteris ut no.compoſ.de reſcrip.c.capitulum.in glo.qꝛ queſtiones.§.item queritur an executor.uer.ſed poſt dictum.

o Conceſſe.ſed de quibus conceſſis intelliges qđ hic dicit̃ an de conceſſ.ꝓprio motu pape uel ad preces uel ſupplicationem.dic ꝙ de omnibus cum dicat tex.omnes et ſingule et dicat quibuſcũqʒ nõ diſtinguendo inſtantibus aliquibus uel nõ ar.de le.preſtan.l.i.§.generaliter.xix.di.ſi romanorũ.extra de priui.quia citra.et qꝛ in omnibus eadẽ eſt ratio ergo ideʒ ius.ff.de ſponte la.ſed hoc interdictum.extra de confir.vti.cũ dilecta.cum ſi.et quia diuerſitatis ratio reddi non põt ideʒ eſſe in omnibus iudicijs videtur.ff.de iniuſ.teſta.l.poſthumi.§.i.de uer.ob.l.a ticio.C.de libe.prete.l.i.

p Jn ipſis.ſcilicet dioce. antiqs.

q Nunc diuiſis.ſ.in duas uel in plures.ut.ſ.p̄us integris et

r Alijs.dioceſibus.ſ.nouiter creatis deciſis ab illis et erect̃.

ſ Vel.ſ.antiquis et ante diuiſionem integris.

t Modo et forma.ut ſecundũ mandatũ de ꝓuidendo executores prouideant et per mandatum de compellendo compellantur iuxta capitulum ſi capitulo.et.c.ſi ſoll.et.c.quia cunctis

ꝺe conceſ.preben.li.vi.cum ſua materia.

v ¶ Suo ordine.quaſi dicat iuxta prioritatē ꝑſentationis circūſcriptis dolo et negligentia notabili.de reſcri.tibi qui.et ca.duobus.li.vi.

x ¶ Per executores.executor ad gratias procedere poteſt cauſa non cognita ut no.inno.ꝺ ꝑſum.dudū.de conceſ.preben.propoſuit et compoſ.de reſcrip.capitulum ⁊ gui.e.ti.c.ſtatutū li.vi.etiam aliquo non citato.no.ꝑ inno.de tranſlat.epiſcoporū.c.vlt.Sed an executor datus ad ꝓuidendū debeat admittere oppoſitores vel excipientes.vide quod no.per inno.ꝺ de ſpō.im pu.c.ad diſſoluēdum.

quos id[y] pertinebit ad debitā[z] executionē adduci quib⁹[a] ante diuiſiones ſepefatas poterant[b] et debebāt. ¶ Idē[c] etiā declaram us[d] quo ad litteras apoſtolicas iuſticiā cōtinentes[e] ut uidelicet iudices dati per[f] illas in cauſis quarumlibet[g] ꝑſonarū que nūc[h] de hui⁹ dioc. diuiſis[i] exiſtūt[k] poſſint iuxta earū tenorē[l] ꝓuide[m] procedere: ac ſi dicte dioce. de quibus mētio in litteris eiſdē habetur integre[n] remāſiſſent:[p] Nulli ⁊c̄.

y ¶ Id pertinebit. ſed qui ſunt illi.reſpōdeo ſubexecutores dati per principales executores uel ordinari habentes ꝓuiſionē uel collationē facere ad inſtantiā executorū datorū ad cōpellēdum.iuxta ca.ſi ſoli.de conceſ.preben.li.vi.

z ¶ Debitā executionē.quaſi dicat ſeruata forma reſcripti ꝓuidendo de beneficio qꝺ cadit in gratia nō de alio.de cōceſſ.ꝑben.cui de non ſacerdotali.li.vi.et ar.ad hoc.C.quorū app.non recipi.l.ab executione.

a ¶ Quibus.ſ.modo et forma. uel alio.

b ¶ Poterāt.ſ.ex mādato ſibi facto de ꝓuidēdo uel cōpellēdo

c ¶ Idem etiam.quarta pars.et expone idem.ſ.quod dictū eſt ꝺ.priori.de litteris gratioſe. ram⁹.

d ¶ Declaram⁹.ℬ.d.ut dixi in ꝑte ꝑcedenti i verbo ſili decla

e ¶ Iuſticiā continentes.ut ſunt ille per quas mandatur de iure partium debite cognoſci et negotium debito fine decidi.

f ¶ Per illas.intellige tales que iuriſdictōis fuerint atributiue in alijs enim ſecus puta ſi eſſent ab excōmunicatōe obtente in alio articulo qꝫ appellatōis uꝉ abſolutōis.ꝺ reſcri.ipō iur.li.vi.

g ¶ Quarumlibet perſonarū.nō ergo refert per quācunqꝫ perſonam alias tamē abilē et contra quēcunqꝫ littere fuerint impetrate ob tex.vniuerſalitatē.ar.ꝺ ma.et obe.c.ſolite.xix.di.c.ſi romanorū.ff.de here.inſti.l.ℬ articulo.de le.preſtan.l.i.§.generaliter.Sane tamē intelligaꝰ ſi littere ſint ita impetrate ꝙ ex ſui forma quaſcunqꝫ perſonas poſſint apprehendere alias ſecus de reſcrip.ſedes apoſtolica.

h ¶ Nunc.ſ.tempore editionis huius decre.

i ¶ Diuiſis.ſ.ab illis dioc̄.de quibus in litteris fit mentio.

k ¶ Exiſtunt.ſ.ratione domicilij uel ratione rei ibidem poſſeſſe ſuper quo vide ſi placet quod alias plene no.de reſcrip.c.ſtatutum.li.vi.licet aliqui ibidem contra notent.

l ¶ Tenorē.hoc dicit quia forma mandati et tenor eſt exacta diligentia obſeruandus.de reſcrip.cum dilecta de reſti.ſpo.piſanis.ff.manda.l.diligenter.alias ꝓceſſus nō valeret iudicialis ſed partialis.i.per partes habitus et factus puta ipſarum confeſſiones forte ualeret.ꝑ.c.piſanus ubi ſic no.ꝑ.de ſam.

m ¶ Prouide.puta diſcretione preuia que mater ceterarū virtutum dicitur de of.cu.c.i.de re iudi.paſtoralis.§.verſū.cle.v.i.q.v.preſentium.nam et contra multa iudices dati iuriſdictionem ſortiunꝰ etiam in litteris non expreſſa max.contra illa ſine quibus cauſa cōmiſſa ad effectum perduci nō poſſit.de of.de le.c.i.et.c.preterea.ut lit.nō conte.quoniā frequenter.§.vlt.ff.de iur.om.iu.l.ij.et ar.ff.de procur.l.ad rem.et.l.ad legatum.

n ¶ Integre.i.non diuiſe. o ¶ Alie.ab illis non deciſe.

p ¶ Remanſiſſent.et ſic per conſequens cōputabantur olim due diete iuxta.c.nōnulli.de reſcrip.hodie vna iuxta.c.ſtatutū.e.ti.li.vi.a fi.dioc.perinde ac ſi non fuiſſet diuiſa reſpectu habito ad dioc.nō de alia deciſam de qua conueniendus exiſtit ratio huius poteſt eſſe quia impetranti reſcriptū nihil poteſt imputari nec ex ſuperueniēti tali deciſione uel diuiſione dioceſuꝫ ius illi queſitum ex reſcripto ad conueniendū aduerſariū perdat.ar.extra de reſti.ſpo.audita.de elec.c.conſtitutionem.§.inſuper.cle.v.ff.ne quis in lo.pub.l.ij.§.merito.⁊.§.ſi quis a principe.et in.c.dilecto.ꝺ ver.ſig.c.ex parte.et.c.ſup eo.de offi.dele.et firmat cōpoſt.in.c.cauſaꝫ.de reſcri.et in.§.ꝺ.ꝑx.ꝑcedenti.

## ¶ Caſſantur diſpēſationes ſuꝑ pluralitate beneficiorū et dignitatū et ſub certo moderamine reducuntur.

Execrabilis[b] quorūdaꝫ tam religioſorū quaꝫ ſeculariuꝫ ambitio[c] que ſem

¶ Execrabilis.Decre.preſens diuiſibiꝉ eſt in duas partes principales.In prima conſtitutionis ratio multiplex premititur.In ſecunda ipſa conſtitutio modificatiua contra obtinentes iam plures dignitates uel perſonatus ſeu beneficia cum cura ſubſequitur j.in.§.nos itaqꝫ.Et illa diuidi poteſt in.v.partes.Prima enim cōtra ꝑdicta obtinentes cum diſpēſatione legitima cum pene adiectione ⁊ certa proteſtatione certū quid diſponitur.In ſecunda contra illa obtinentes abſqꝫ diſpenſatione canonica ſtatutū nouū editur ibi.in.§.porro qr In tertia contra recipientes ſecundū beneficiū ſe cū primo nō compatiens ius nouū annectit.ibi in.§.qui uero.In quarta qui in hoc caſu intelligantur ordiuarij declarat ibi in.§.ceterum ordinarios.In quinta contra modificatiuā conſtitutionem interpretatio ſubinfertur ibi in.§.quantum autem.

b ¶ Execrabilis.exponi poteſt hoc verbū.i.abhominabilis ſeu deteſtabilis uel euitabilis.ſimile verbū et ſimilis expoſitio.C.de aque duc.l.ad reparationem.li.xi.ff.de ali.iudi.mu.ca.fact.l.item.§.poteſt.C.de admi.tu.l.lex que tutores.circa me.et merito talis ambitio execrabilis dicitur cum circa ſpiritualia uerſetur.C.de epi.et cle.l.ſi quanqꝫ.nam et contra temporalia eſt vitanda cum dicatur radix omnium malorum.i.ad thimothe.capitu.vi.de peniten.diſtinctiōe.ij.quia radix.xlvij.diſtinctione capitulo.bonorum.et alibi appellatur mater omniuꝫ maloꝝ in cor.auten.ut nulli iudi.uer.ſi agiꝰ.colla.ij.et periculuꝫ anime induciꝰ in aſſecutione pluralitatis beneficiorū ſine diſpenſatione legitima extra de preben.quia in tantum.et ibi no.per oſti.de excep.cum eccleſiaſtice.licet inno.ibi no.non eſſe crimē plura beneficia ſimul habere.⁊ de preben.cum iam dudū ſed infallibiliter.oſti.opi.eſt preſtātior ſaltim in beneficijs ſe concurſu nō competentibus de quibus ꝑſens capitulum loquitur.ſic etiā no.idem inno.de elec.dudum.ij.Sed hoc qualiter.nōne hic obtinebantur plura talia beneficia ex diſpenſatione papali itaqꝫ ut patet.j.non ergo tutus erat a periculo anime ille cū quo diſpenſatū erat.dicas ꝙ ſic etiā ſi abſqꝫ omni cauſa rationabili diſpenſationeꝫ obtinuiſſet nam ꝓhibitio retentionis taliū beneficiorū nō a deo ſed a ſola uoluntate conditoris canonis fuit inducta quare ſola voluntate cōtraria tolli poteſt iuxta illud.eſt eius tollere uel interpretari: cuius fuit condere de leg.l.vlt.extra de ſen.ex.inter alia.xi.q.iij.§.ex his.ſic expꝛeſſe ſentit inno.et oſti.poſt eum.extra de ſta.mo.c.cum ad monaſterium in glo.in fi.ex cauſa.et guil.in ſpe.in ti.de diſpen.contra votum tacitū uel expreſſum uel cōtra legē dei uel cōtra ſtatutū generalis eccleſie.nā in his facta ſine cauſa in foro anime non ꝓdeſſet ſic intellige qꝺ no.per hoc extra de voto.c.non eſt.et clarius per oſti.et inno.extra de renū.c.cuꝫ inter.ꝑ.

c ¶ Religioſorum.cum iſti ſint plus deo aſtricti quā ceteri.nam per profeſſionem contemptis honoribus abiectis ſpretiſqꝫ delicijs arbitrium propriū ſubiugarūt alterius ditioni.extra de elec.quorūdā.li.vi.in eis

periculoſior eſt ambitio cum nō ſint peiores experti q̄ʒ qui in monaſterijs defecerunt ſcd̄m aug. xlvij. di. c. quantūlibet et ſcriptum eſt poſt cō cupiſcentias tuas non eas mens impotentie .i. humane dignitatis auida nec abſtinere nouit a vitijs nec gaudere conceſſis nec pietati adhibere conſenſum. ut. e. di. c. iurium. et extra de conceſ. p̄ben. c. deteſtāda li. vi. et alibi legitur quos amor dominatōis innaſit iugum diſcipline fecit reſpuere. xcvi. di. c. bene quidem

d ¶ Ambitio. expōe .i. aſpiratio uel anhelatio ad dignitatē uel beneficium ut colligitur. C. ſi cer. pe. l. qſquis. extra de preben. cum iam dudum. alibi tamē ſumitur aliter. ff. de. decre. ab ordi. faci. l. ambicioſa. Et de hac ambitione ſcribit btūs Ber. o ābitō ābiētium crux .i. pena dum omnis torquens omnibus placens hac praua intentione ſic recitat oſti. de p̄ben. dudum. et. c. quia intantū. ipſa tū niſi ad actū realē proceſſerit ſola penitentia tollitur. ar. extra de ſimo. c. vlti. et no. oſt. de cle. nō reſi. c. relatum in uerbo āmoueri.

per[e] plus ambiens eo[f] magis fit inſaciabilis[g] quo[h] ſibi amplius indulgetur[i]. et improbitas[k] importuna petentium a nobis et predece[l] noſtris romanis pon. nō tam[m] obtinuiſſe q̄ʒ[n] extorſiſſe plerumqʒ noſcuntur ut[o] unus interdū etiā ad unum beneficiū[p] eccleſiaſticum minus[q] idoneus in[r] diuerſis eccleſiis ne[a] dum uicinis ſed etiā abinuicem longe diſtantibus immo[b] nonnūqʒ in diuerſorum[c] regnorum parti

e ¶ Semper. hoc aduerbium denotat omnimodam tp̄is continuationē ff. de an. le. l. gaio. §. imperator. de condi. et demō. l. ſi quis ita. §. ticio. de conſe. di. v. c. nunq̄ʒ.

f ¶ Eo. ponitur pro tanto uel pro ideo.

g ¶ Inſatiabili. proprie loquitur huius. c. conditor. nam nec ſacietas nū q̄ʒ nec finis aderit cupiditati. xlvij. di. c. ſicut hi. nā totus mundus nec obolus eſt auaro. xiiij. q. iiij. c. quid dicam. vnde verſificator dicit. Diues habere cupit quanto plus omnia ſumit. et de ipſo dicitur. Eris ſeruus eris ſi te ſpecies trahat eris. et no. dicto. c. ſicut hi.

h ¶ Quo. expone pro quantū uel pro quia.

i ¶ Indulgetur. hoc dicit quia cū uni indulgetur indigno ad prolapſionis cōtagiū prouocat vniuerſos. xxxiij. q. iiij. et eſt iniuſta et ſi ea que male vſurpantur obmittimus exceſſus viā alijs aperimus. xxxv. q. ix. c. loci. lxxxij di. peruenit. facilitas etenim uenie incētiuū tribuit delinquēdi dicto. c. eſt iniuſta. et extra de vi. et ho. cle. et hoc intellige de facto. de iure enim nō tribuit et ſic nō obſtat. i. q. vij. c. exigunt. uel aliter ut ibi no.

k ¶ Improbitas importuna .i. infeſta ſeu inquieta per quā nō concedēda frequenter cōceduntur. C. de pe. ho. ſubla. l. i. li. x. extra de conceſ. preben. deteſtanda. li. vi. quare valere nō debent uel ſaltē conceſſa reuocari merentur. ut. ſ. iuribus. et extra de pur. ca. c. cum in iuuentute. de reſcrip. quia per ambitioſam. li. vi. Per hoc quod dicit improbitas apparet quod alia importunitas puta que non ad noxam tendit ſed ad remedium uel iuris proprij conſeruationē uel proſecutionē nō eſt inhibita ſed permiſſa quare exaudienda. de pe. di. i. c. importuna. c. di. ca. p̄ſta. ij. ij. q. vi. c. poſt appellationē. ff. de libel. dimiſ. l. i. extra. de ap. c. ab eo. li. vi.

l ¶ Predeceſſoribus. hic dic ſi placet quod dixi in prohe. conſti. cle. v. in. §. hec ſane. m ¶ Tam obtinuiſſe .ſ. alibi aliter concedente.

n ¶ Quā extorſiſſe .ſ. ab inuito per talē importunitatē extra de purg. ca. c. cum in iuuētute. extorſio enim libertatē neſcit et inuiolentiā ſapit. ff. de le. iij. l. fideicōmiſſa. §. ſi rem. quare per eam conceſſa extorta potius q̄ʒ obtenta dicuntur. de elec. quorundam. li. vi.

o ¶ Quod unus. hoc contra ius cōmune eſt ut. j. ſequitur quod vnus plura beneficia ſe ſil nō cōpatientia obtineat. cū ſingula ſint ſingulis cōmittēda perſonis. lxxix. di. c. ſingula. extra de p̄ben. c. cū ſingula. li. vi. cū ſibi qs uendicare nō debeat ſtipēdia plurimorum. de cle. nō reſi. quia nōnulli. nā et hoc idē in honoribus uel milicijs ſecularibus reperitur. duos. n. honores ſil agere quis nō pōt. ff. ad muni. libertus. §. p̄ſcriptio. nec duas milicias habere. C. qui mi. poſ. uel nō. l. iiij. §. in poſterū. li. xij. nec in duobus collegijs ſimul eſſe. ff. de collegijs. illi. l. i. §. ul. no. de hoc de p̄bē. c. p̄terea.

p ¶ Beneficium eccleſiaſticū. uerbū iſtud cōprehendit ne dū canoniam prebendā dignitatē pſonatū officiū ecciam vicariā imo et p̄ſtimoniam et penſionē ad uitā pro ti. aſſignatā. ar. i. q. iij. c. ſi quis dator. et. c. ex multis. et ſic uidetur ſentire inno. et oſti. de reſcrip. poſtulaſti. et. c. ad audiētiā in genere aūt ſumptū hoc verbū beneficiū nihil aliud eſt q̄ʒ bñficiū beniuola actio gaudiū tribuens capienti in ſi. ſeu. in quibus cau. ſeu. amitta.

§. in primis. ad hoc aūt adde quod no. oſti. de preben. c. ſuper inordinata. in verbo reputati.

q ¶ Minus idoneus. hoc ex multis cauſis pōt contingere. no. oſti. de p̄ben. c. ſuper. Sed hic quero nunquid ille qui ſcienter indignū promouet ad beneficiū peccet vtiqʒ cum cōtra conſcietiā faciat et ſic gehennam edificet. xxviij. q. i. §. ex his extra de reſti. ſpo. litteras. Iterū quia ex hoc mandatur puniri quod nō fieret niſi peccaſſet. de electionibus. nihil. de preben. graue. de eta. et quali. ex ratōe. et. c. idecorū. xxiij di. c. tales. l. di. c. aliquantos. Item cū hoc faciant cōtra expreſſam prohibitionē canonis uel p̄ceptum. ut in dictis iuribus. contra faciēs peccat mortaliter. iiij. di. §. ult. extra de ma. et obe. c. ſi quis. ſic ſentit hoſti. de offi. or. inter cetera. §. vlt. de treu. et pa. c. i. nec tales canones inhibitōem uel p̄ceptum continentes de conſuetudine tolli poſſunt licet ſecus ſit in alijs. iiij. di. §. leges. no. oſti. in. d. c. i. in foro contētioſo tenetur promouēs de mala adminiſtratōe taliū promotorū. ar. ff. de magiſt. conuē. l. iij. ad munici. l. lucius. §. imperator. C. de magiſtris. c. de conueni. l. in magiſtratus. extra de offi. ar. ea que. ſic ſentit inno. et oſti. poſt eū. d. c. ex ratione. poteſt enim hoc dici quod mali miniſtri electio eſt in culpa ut dictis iuribus. et ar. ff. furti aduer. nau. ca. ſtabu. l. i. §. vlt. nau. cau. ſta. l. i. §. hac actione. ad. l. acqui. l. ſi ſeruus §. proculus. inſti. de ob. que ex quaſi male. §. iterū exercitor. et dicto. c. ea que. Quod aūt de illo qui ſe idoneū nō ſentit an recipiendo beneficiū peccet. dicas quod ſic. extra de elec. innotuit. §. multa. xxviij. di. priuſq̄ʒ. xlviij. di. c. ſicut neophitus. et ar. ff. ad. l. acqui. itē iur. in prin. et. §. i. l. ſi ſeruus. §. ſi calicem. cum ſi. receptōis enim ſue tempore debuit ſuam inabilitatē patefacere et ſic uel non recipere uel diſpenſationē obtinere. l. di. ex penitentibus. xxiiij. di. c. i. extra de cor. uicia. expoſuiſti. quiſqʒ enim cū onere quo ſubſtituitur eſt vires ſuas metiri debet et ſi impar eſt abſtinetur et ad id metu etiam cui ſe ſufficere extimat accedat. i. q. i. non eſt putanda.

r ¶ In diuerſis eccleſiis. in quibus eſt poſſibilitas reſidendi et ſic deo ſeruiendi in eodē inſtanti tempore. ar. ff. de eo quod certo lo. l. nō vtiqʒ. §. ſi quis ita ſtipulatur. inſti. de ver. ob. §. loco. inducit prohibitionē pluralitatis taliū beneficiorū cū nec in eadē eccleſia in qua poteſt deo continue deſeruiri obtineri poſſint etiam p̄textu conſuetudinis extra de conſue. c. i. li. vi.

a ¶ Nedum uicinis. hoc caſu vicine eccleſie uel longe diſtātes intelligerentur iuxta cōmunem patrie conſuetudinem et opinionem. ar. ff. de flumi. l. i. §. flumen. de fun. inſtruc. l. cum de lanionis. §. aſinam. de dam. infec. l. inter quos. licet quandoqʒ loca dicantur vicina intra duas dietas nō diſtantia. de preben. ca. preſenti. §. loca. li. vi.

b ¶ Immo. hec dictio poteſt eſſe aduerbiū affirmādi et ponitur coniunctiue pro et ſicut alibi. C. de nouo codi. faci. §. quibus. alias ponitur diſiunctiue pro uel. C. de ſac. ſan. ecc. l. iubemus §. yconomū. Aliquū eſt aduerbium eligendi. et tunc ponitur correctiue ut potes videre in iuribus. ff. de manu. te. l. ſtichus. de here. inſti. l. ſi ita ſcriptū. de condi. et demon. l. cum ita legatum de pe. di. ij. c. qui dicit. i. q. i. §. opponitur. extra ut lit. non conte. accedens. cum ſi.

c ¶ Diuerſorū regnorum. ex hoc potiſſime inſurgere poſſent multa mala de quibus. j. dicitur. nā et contra promotionē uel prouiſionē que fieret ad dignitatē vnius regni incola alterius regni admitteretur exceptio domini temporalis ſi promouendum haberet ſuſpectum de proditione terre ſue vel conſiliorū et ſecretorum ſuorum ar. ff. de penis. l. ſi quis aliquid. §. transfuge. de

remilí.l.omne.§. exploratores.extra de iureiur.petitio.ita ſen tiunt inno.et oſti.clarius poſt eū.de accu.c.ſuper his naꝫ alieni regni arcbana ſcrutari non conuenit.C.de cōmer.⁊ merca.l.mercatores. d ¶Uel tres.puta.iiij.

e ¶Aut plures.puta.v.uel ultra.

f ¶Dignitates.qd ſit dignitas pſonatus officiū in q̄ differunt ſecundū ius ſcriptum.uid quod ſup hoc no.gui.de conſue.c.i.li.vi.uel dic ꝙ iſta diſcernuntur ex inſtitutione uł conſuetudine cuiuslibꝫ eccleſie.nā dignitas i vna aliquādo eſt in alia perſonatus uel officiū et ſic oſti.de p̄ben.de multa.

tibus ſituatis duas aut[d] tres uel[e] plures dignitates[f] perſonatus officia ſeu prioratus[g] aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia[i] curam[h] animarū habentia poſſit diſpenſatiue[k] cum alias nō liceret de iure[l] cōmuni recipere[m] et ſimul li

g ¶Prioratus.ſuper iſtis prioratibus ſi placet vide quod dixi de of.or.c.preſenti.li.vi.

h ¶Curam animarū.intellige qualitercunqꝫ ſiue in foro penitentiali de qua cura loquitur decre.omnis.de peni.et dic ut ibi per oſti.ſuper hoc notatur ſiue in contentioſo de qua loquitur decre.dudū.§.tandem.de elec.de hoc per oſti.de preben.de multa.

i ¶Beneficia.Sed que bñficia dicūtur habere curam an illa ſola que eam habent actu uel ſola ſolo etiam habitu puta illa que deſierunt penitus parrochianos habere.gar.gui.du.⁊ io.mo.dicunt de elec.licet canon.ꝙ ſola illa que in actu nō auteꝫ habitu.gui.aūt contra ſentit ibidem.Sed aliorūꝫ opinio plus mihi placet ut ibi dixi.et illam amplectitur oſtiē.de cleric.non reſi.quia nōnulli.qui contra hanc materiam multa querit ibid que hic mihi attribuere nō curo.

k ¶Diſpenſatiue.diſpenſatio dicitur eſſe iuris rigoroſi relaxatio.i.q.vij.c.exigunt.et no.l.di.ut conſtitueretur et an ſit debita ibi ſubeſt cauſa.et quo iure poſſit peti et an peccet non diſpenſans ubi cauſa ſubeſt.uide quod no.in dictis ca.ut conſtitueretur et exigūt.et.l.di.domino ſancto.Sed per queꝫ ſuper talibus beneficijs pluribus retinendis diſpēſari poſſit.dic breuiter ꝙ ob prerogatinā meritorum perſone ſolus papa.ſic intelligitur decre.de multa.§.vlt.de preben.Sed ob cauſam utilem uel neceſſariam pōt epiſcop⁹ diſpenſare.ar.extra de cōceſ.preben.cū noſtris.§.ad hoc.de eta.et quali.c.tuam.ſic no.oſt.d.c.de multa.licet her.aliter ibi ſentire videatur de hoc alias ſcripſi de cōſue.c.i.li.vi.vbi guil.hanc opi.ſequiť.et.p.de ſam.dicto.c.de multa.et guil.in ſpe.ti.de le.§.videndū.ver.ſꝫ nunquid ep̄us ⁊ de hoc ē̄t no.lxx.di.c.ſanctorū.et.xxi.q.ij.ſi quis iam tranſlatus.

l ¶Iure cōmuni.de cle.non reſi.quia nōnulli.de p̄bē.quia in tantū.lxx.di.ſanctoꝝ.cum ſi.

m ¶Recipere.ſume verbū ſimul qd̄ ſequitur.alias enim receptio plurīū talium beneficioꝝ permiſſa eſt ſaltem ſucceſſiue in tantū ꝙ receptio ſecundi facit ipſo iure vacans primum de p̄ben.de multa.Et hoc intellige quo ad ipſum recipientē nō autem quo ad illum a quo primum beneficiū habuerit.nā per illum beneficiatus in primo beneficio inuitus ex cauſa retinere poteſt.ut no.pe.de ſamp.dicto.c.de multa.et io.xxi.q.ij.ſi qs iam tranſlatus.uel pōt primum beneficium tanq̄ ſpoliatum ab illo repeti.ut ibi no.JB.

n ¶Cetera.ſubaudi multa dampna uel pericula et tunc pūctabis poſt verbū cetera uel poteſt punctari poſt verbum icōuenientia et dicit inter cetera incōuenientia a ſubſcripta.i.j.poſita ſ.mala uel incōuenientia ſequentia que ſunt numero.

o ¶Quod.videlicet p̄mū incōueniens.

p ¶Quamuis.modicū multo minus ſufficeret ad magnū.nam

inſufficiens et ſic indign⁹ inferiori beneficio indignior eſt ſuperiore.de ſenato.l.qui indig.et cui minor honor interdictus eſt omnes honores maiores interdicti cenſentur.ridiculū enim eſt ꝙ minoribus prohibituſ ad maiores honores ualeat aſpirare.ff.de interdictis et rele.l.relegatoꝝ.§.ul.iuxta illud.carens minoribus nō fruatur maioribus.ff.de ſer.expor.l.cui per ac.xxiiij.q.i.miramur.xxi.di.c.ſubmittatur.cum ſi.et hoc verbū niſi ex cauſa cōtrariū inducatur.extra de torne.ca.i.dic ſuper hoc ut ibi no.

cite retinere.unde inter cetera[n] inconueniētia ſubſcripta ſequūť ꝙ[o] uidelicet interdū unus qui unicū quāuis[p] modicū uix[q] officiū implere ſufficiet.[r] plurimorum ſibi uendicat[ſ] ſtipēdia[t] que multiſ litteratis[u] uiriſ uite[x] puritate ac

q ¶Uix.vix hec dictio.qūqꝫ difficultatem inducit non tamē impoſſibilitatē quia quod vix fit tamē fit.ff.de iudi.l.vix certis.C.de penis.l.incredibile.extra de cle.non reſi.conquerente.xciij.di.miratus.xix.diſt.memoriā.de cogna.ſpi.c.per cathecismum.li.vi.⁊ B niſi in abſolute prohibitis uel de iure impoſſibilibus tunc enim impoſſibilitatē denotat.ff.de aſſignan.libe.l.vlt.§.fi.de le.i.ſi ſeruus legatus.§.quicūqꝫ.ad velley.l.tutor.de uer.ſig.l.alienationis.de mune.et ho.l.reſcripto.

r ¶Sufficeret.C.de aſſeſſ.l.nemo.de prepo.ſacro.ſcri.l.hac parte.de agen.in rebus.l.agentes.li.xij.l.q.i.p̄ſbiteros.lxxix.di.ſingula.extra de cle.non reſi.quia nōnulli.ex quibus iurib⁹ ⁊ ſilib⁹ fuit ſcriptū qd̄ hic dr̄.

ſ ¶Uendicent.i.approprient uel applicent.

t ¶Stipendia plurimorū.qd̄ eſt.ſ.i.plurimis debita ut in iurib⁹.ſ.px.allegatis.ut.ſ.in glo.hoc contra ius cōmune.

u ¶Litteratis uiris.quibus eccleſia dei permaxime noſcitur indigere ut circuitu in muro et in expugnabili pugnatorum et bellatorum ⁊c.extra ne cle.uel mo.ſuper ſpecula.§.ult.de elec.cum ex eo.li.vi.ipſorū enī ſcientia eſt circa ſpiritualiū adminiſtrationē potiſſimum neceſſaria ⁊ circa curam temporalium q̄plurimum oportuna.extra de renun.niſi cum pridem.§.pro defectu.de of.or.inter cetera.vnde nō immerito ſunt maioribus beneficijs honerandi.de p̄ben.de multa.§.vlt.et tanq̄ illi qui eccleſiaſticis utilitatibus deſudarūt digni ſunt prouiſionibus cōſolandi.xij.q.ij.c.eccleſiaſticis.et ſcd̄m labores ſuos ad meliores gradus et ad meliores dignitates producendi.C.de of.prefec.pre.afri.l.in nomine domini circa fi.de agen.in re.l.i.li.xij.

x ¶Et vite puritate.i.munditia et caſtitate quē deputatū reddere te a carnis lubrico de qua utpote deo grata.xxxij.q.v.c.i.et quaſi per totū et legi amica et per legē laudanda.in cor.auten.de non alie.aut pmu.rebus.§.optimū itaqꝫ.colla.i.in.l.ſcribitur ꝙ ſola eſt que cum fiducia poteſt deo animas hominū preſentare.in cor.autē.de leno.§.ſancimuſ colla.iij.nec luxuriantibus et nō pudicis priuilegiū legis datur.in cor.auten.quibus mo.na.effi.ſui.§.ſi quis autem defectus.colla.vij.uł poteſt exponi uite puritate.i.cādore ⁊ nitore quā de puritate ab omni peccati uicio deciſa eius macula ut colligitur in cor.autē.d̄ mona.in prin.colla.i.alias parum ꝓdeſſet caſtitatem corporis ſeruare et alijs vicijs maculare cum omnis virtus patiať ab uno vicio detrimentū et delinquens in vno factus eſt omniū reus.de pe.di.v.conſideret.extra de regu.iur.c.defleat.vnde ꝓmouendi uita nedū honeſta quo ad caſtimonie obſeruationē immo inculpabilis quo ad alia debet eſſe in cor.autē.quomodo opor.epiſ.§.ſancimus.col.i.xxv.di.§.nūc autem.et patens eſſe debet alijs.ut ex eius viſione ſedula exemplū ꝑfectus ſumāt.ij.q.vij.c.cum paſtoris.et talis vite puritas uirtutes inducens quā promotione dignū reddit.extra de elec.c.innotuit.§.multa.vnde alibi ſcribiť ꝙ non omnes p̄lati ꝓ prelatis habentur.nomē enī quem epiſcopū non facit ſed vita.ij.q.vij.§.hiis ita.et per cōtrariū ſcd̄m hieronimū ſequitur ꝙ cuius uita deſpicitur reſtat ut eius predicatio contemnatur.iii.q.vii §.porro.

y ¶Bone fame.hoc dicit ad denotandū ꝙ ꝓmouendus bonum teſtimonium habere debet ab his etiā qui foris ſunt.in cor.auten.de mona.§.cogitandū.et.§.ordinationem.quomō opor.epiſ.§.ſancimus.col.i.et de armis.§.hanc igitur.colla.vi.et in nullo debet eius opinio uacillare.xxxiii.di.laici.cum extimatio que idem eſt ꝙ opinio ſit illeſe.i.nō

diminute dignitatis ſtatus.ff.de nari.et extraor.l.cognitionem.§.eſti‑matio.que multū cooperari dicit cum per eam nōnulla ad illuminandā ueritatem in lucem emergant.ff.de queſtio.l.de minore.§.tormenta.et preſumptionem magnam in bonū inducit.extra de ele.innotuit.§.multa.quare preferenda eſt eius reſeruatio quantiſcūqȝ diuicijs.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.iulianus vnde crudelis dicitur qui eam negligit.xij.q.i.nolo.

z ¶ Pollentibus.reſplendentibus uel fulgentibus xij.q.i.nolo.nam tanqȝ luminoſe ardentes lucerne ſuper candelabrū in domo domini poſite fulgere dicuntur iuſti per uite puritatem iuxta dictū apoſtoli fulgebunt iuſti.ꝛc.extra de reg.iur.de reliqui.c.glorioſus.li.vi.et nō loci uel generis nobilitate.ſed uirtute animi gratiam ſibi cōparare dicuntur.xl.di.c.illud.

**teſtimonio bone[y] fame pollētibus[z] qui[a] mendicāt poſſent habūde[b] ſufficere equa[c] diſtributione collata habentibus**

a ¶ Qui mendicant.quod redundare dicitur in vituperiū miſterij eccleſiaſtici.xciii.di.c.diaconi.extra de renun.c.ad ſupplicationē.cuius mēdacitatis uitatio cordi fuit huius.c.conditori.ut patet per effectuȝ.nec mirum quia cum clerici in ſortē et hereditatē domini ſint vocati et eiꝰ obſequio deputati et diuinis obſequijs aſcripti de eius patrimonio uiuere debent et eccleſie ſtipendijs ſubſtentari.extra de preben.cum ſecundum.nam eccleſia cuius ſunt obſequio dedicati.ipſos domino ſociauit.extra de preben.ꝑſbi.vnde turpe eſt illum uel illos videri egētes quos quis habuit in miniſtros uel coniuges.in li.feu.de notis feu.§.i.et ar.ff.ſolu.mat.l.alia.de re iudi.l.ſunt qui.Sed quos clericos appellabis mendicantes an illos qui tanta opprimitur paupertate ꝙ nō habent vnde viuant an illos qui victū habent ſed reſpectu qualitatis perſonarū ſuarū pauperes ſunt uidetur ꝙ illi ſoli mendicare videntur qui uictum non habent quaſi alia paupertas nō ꝓſit.ar.xvi.q.i.c.vlt.extra de ſen.ex.ea noſcitur.de fur.c.ſi quis.et.C.de mendi.vali.l.i.li.xi.Sȝ dicas mendicitatem cōſiderandā iuxta perſonarū qualitatem quid eniȝ ſi homo illuſtris genere vel imminentis ſcientie habeat victum ſuū miſerum ſed iuxta decentiam ſuam indumenta uel ſocietatē et alia neceſſaria non habet et ſolo victu ſine dedecore ſtatus ſui cōtentus eſſe nō poteſt negari nō debet quin iſte ſecundū ſe mendicare dicatur.ar.ff.ex qui.cau.ma.l.in eadem.de uſur.l.ſed et ſi quid.de admi.tu.l.cū plures §.cum tutor.ubi pupil.edu.debe.l.ius alimentoꝝ.§.ante occulos.de ali.le.l.cum alimenta.de iure do.l.quero.et.l.cum poſt.§.gener.de iudi.l.ſi longius.in fi.et.l.ſed et ſi ſuſcepit.§.et ſi proponas.extra de preben.de multa.§.vlt.de ſi.c.et ſi queſtiones.xli.di.c.non cogantur.pro hoc facit ꝙ no.oſti.expreſſe de ſen.ex.ꝙ de his.ꝛ B.de teſti.c.ſi quis teſtiū.inno.de conſti.cum omnes.in glo.vlt.et ꝙ dicā etiā in glo.equā intellige.ordo enim nature eſt ꝙ nō omnes ſint equales.in cor.auten.de monach.§.ordinatōe.col.i.quia nō omnes per omnia ꝛc.de vete.iure enu.l.i.§.i.circa f.de offi.recto.ꝓuin.l.potioris.nec vniuerſitas alia poterat ratōne ſubſiſtere niſi ordo magne differentie eā ſeruaret.lxxxix di.c.ad hoc potiſſime.cum talis mendicatio nō ſit a iure determinata unde arbitrarie erit conſideranda.ar.extra de offi.dele.de cauſis.ff.de le.l.ſi domus.§.in pecunia.de iur.delib.l.i.arbitrium autē ſuum firmabit iudex ſcđm perſonarū qualitatem per iura predicta.ff.de teſti.l.iij.

b ¶ Habunde ſufficere.nota uerbū habunde quaſi dicat non ad ſuperfluitatem ne mala que ſequunt inſurgant.nā ſcđm hieronimū aliena rapere conuincit qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.lxij.di.§.hoſpitalem.et.xlviij.di.c.ſicut hi.et ſuper hoc vide qđ no.oſti.de preben.de multa.et plenius ꝓſequit guil.de reſcrip.ſtatutum.§.aſſeſſorem.in glo.proprium.

c ¶ Equa diſtributione.equam intellige iuxta qualitatē et conditioneȝ perſonarū.qđ proſequere ut no.tam per ordi.qȝ per extraor.glo.de reſcrip.cum a deo.et.xxi.q.i.c.i.extra de ꝑben.de mone.et ſignanter dicit tex.equa.nam attenta perſonarum qualitate nō debet tantū vni dari qđ alij ſcrupuloſo corde moueantur.xxi.q.i.de deci.hoc tamē intellige iuxta no.per inno.extra de conſti.c.cum omnes.

d ¶ Paratur.ſecundum incōueniens.

e ¶ Vagādi materia.que periculoſa potiſſime religioſis exiſtit.extra ne cle.uel mo.c.ut periculoſa.de ꝑben.cū ſingula.li.vi.de offi.or.quanto.

xvi.q.i.c.monachi.et.c.quidā.C.de epiſ.et cle.generaliter.cū ex debito teneantur eſſe in clauſtro ſaltim adminiſtrationē nō habentes fingantur quia ſine illo viuere non poſſe ſicut piſcis ſine aqua eadē cauſa et queſtione.c.placuit.clericis ſcolaribus eſt etiam inhibita.extra de preben.quia in tantū.cū nō debeāt deeſſe horiſ canonicis in eccleſiis in quibus ſunt beneficiati.xci.di.eleutherius et multis.c.ſe.alias puniuntur.ut ibi.Sed pone clericū beneficiatū reſidētē in beneficio habere aliquod priuilegium quia reſidet perdat ne illud ſi vagari incipiat.dicas ꝙ ſic.C.de epiſ.et cle.generaliter canonizata.xvi.q.i.generaliter.et videtur expreſſum.C.de domeſti.et protec.l.ſi quis domeſticorum.li.xij.ibi no.et ar.ff.pro ſocio.l.actione.§.iterum qui ſocietatē.ff.de iudi.l.ij.§.itē.ſi.ex qui.cau.ma.l.miles.et.l.ſicut.§.tamdiu.C.de teſta.mili.l.ſancimus.quibus nō ob.lō.tempo.ꝑſcrip.l.ſancimus.Quid autē ſi ſe excuſare videat dicens ſe habere licentiam vagandi a ꝑlato uel de conſuetudine quā allegat ſuper hoc introductā ꝓderunt ſibi talia.dicas ꝙ non per ea que no.per inno.de cle.nō reſi.ex tue.Item cum ſecularis clericus in pluribus locis domicilium poſſit habere.ff.ad muni.l.aſſumptio.§.iuris.extra de reſcrip.dilectꝰ.ij.de fo.com.ex parte.uer.vbi in dubio preſumit habere domiciliū dicas ꝙ in loco beneficij ad cuius reſidentiā tenetur.regularis autem ꝑlatus in ſolo monaſterio ſuo domiciliū reputatur habere ſecūdū Inno.no.de priuile.ex ore.et quicūqȝ in loco domicilij reperit ꝑſumit a locis alijs ex cauſa ꝓbabili fore abſens ff.de fideicom.li.l.ſi cū ſeruuȝ.§.ultimo.et per cōtrariū abſens ubi reſidere tenet malicioſe eſſe abſens preſumit niſi aliud cōſtet.ut no.inno.de eo qui mit.in poſſ.c.ſi aduerſarius.et ꝑ hoc uidetur ille uagabundus reputari qui a loco in quo aſſiduus habet eſſe aberat.ut dicta.l.ſi quis domeſticoruȝ.et.c.deſerto et occulta.l.i.li.xij.

**ipſa paratur[d] uagandi[e] materia diuinus[f] cultus minuit[g] hoſpitalitas[h] in ipſis beneficiis debita[i] nō ſeruatur. Et**

f ¶ Diuinus.tertium incōueniens.

g ¶ Minuit.qui deberet potius augmentari.extra de cōſti.ex parte.de reſcrip.q: per ambicioſam.li.vi.nam et diminutio diuini cultus facit reuocari licentiā de nō reſidendo a ꝑlato obtentā.de cle.non reſi.cū ad hoc ſicut alia neceſſitas eccle.no.inno.de cle.nō reſi.tue.et magnus fauor ei debetur.nā ipſum turbans capitali ſententia damnat ſcđm legem.C.de his qui ad hec conf.i.denunciamus.de epiſ.et cle.l.quis in hoc genꝰ.

h ¶ Hoſpitalitas.quartū incōueniens.de iſta hoſpitalitate uide quod legitur et no.xlij.di.c.hoſpitalem.

i ¶ Debita.intellige ſolita et congruens iuxta quantitatē prouentuū beneficij ſic no.oſti.de preben.de monach.Per hoc autē ꝙ dicit debita videtur innuere ꝙ neceſſitatis nō tantum uoluntatis eſt hoſpitalitas.et in bñficiatis hoc certū eſt.lxxxv.di.c.florentinum.et.xlij.di.§.i.et quicquid habet eccleſia ꝛc.xvi.q.i.quoniam quicquid.no.B.dicto.c.de mo.Sed quid de alijs puta laicis et clericis nō bñficiatis eſt ne quo ad eos neceſſitas.B.innuere uidetur ꝙ ſic in tantū ꝙ excōmunicari poſſint ſi nō hoſpites recipiant.xxij.di.§.hinc etiā.no.de em.et ven.c.i.inno.tamē contrariū ibi no.oſti.autē videtur aplaudere opinioni.B.dicens ꝙ non ſufficit ſoluere integrā decimam niſi de nouē partibus eis remanentibus elemoſinam faciant.xvi.q.i.reuertimini.lxxxvi.di.c.non ſatis.Tu potes dicere ꝙ illi in foro contentioſo non dicuntur aſtricti ad hoſpitalitatem cum per legem nullus benefacere ſit cogendus.cū coactus nullum meritū ſequeretur.xxiij.q.v.fidem.xlv.di.c.qui ſincera.et.c.de iudeis nec honꝰ inuitus qs efficit.xxiij.q.vi.c.vides.et ſic poteſt ſaluari opinio inno.ſed in foro anime ſecus dicas cum miſericordiam exercere omnibus ſit perceptuȝ.d.ca.non ſatis.et ex precepto legis quis tenetur diligere proxi‑

mū ad id ad q ſeipm.i.ad humanū genus.extra ð ma. ⁊ obe. c.dilecti.premiſſa etiā dicas in hoſpitalitate caritatiua ad aliā enim clerici non tenentur.extra de immu.ec.c.i.de epi. et cle. l.i.niſi in conceſſione poſſeſſionis facte eccleſie concedens al bergam uel hoſpicium ſibi retinuiſſet tunc enī ſecus.ar.extra de cenſi.c.i.quanto.xviij.q.ij.c.ſeruitium.ff.de pac.in uenditionibus cum ſimilibus.

petua.uer.q ſi res precioſa.Sed iuxta hoc pōt queri utrū priuato liceat facere talia edificia vel habere.breuiter dicas q in limine imperij nō licet.C.de fun.limit.l.ij.li.xi.et dicta.l.in nomie dñi.ſed an alibi poſſit dic q ad emulationē alicuius alterius ſi materiā ſeductōis inducat nō licet.ff.de ope.pu.l.opus.alias aūt licitū eſt.C.de edi.priua.l.per penitentias.et ibi no. in.d.l.ij. Quid autē p̄ſumet in dubio.dic q p̄ſumet non ad inuidiam uel emulationē facere.ar.d.l. per prouincias iuxta.l.merito.ff.pro ſocio.cum ibi no.et ar.eorū que no.ff.de dam.infec.l.fluminū.§.vlt.ſi autē nō licet ut dictum eſt noua edificia uł fortilicia talia facere uel habere ſic nec prius facta nec habita talium eſt incaſtellare uel propignicu lare et ſi contra factum eſt conditione ex dictis iuribus uł officio iudicis agi poteſt per quencūq; cuius intereſt ut ipſa in ſtatum priſtinum reducāt ut no.inno.in.c.piſanus.et oſti.poſt eum.

dum nō ſunt ſui in unaquaq; regione rectores[k] eccleſiarū detrahitur[l] cōmodis et[m] honori que[n] carentes defenſorū[o] auxilio et iuribus[p] ſuis ⁊ libertatibus[q] mltiplicit[r] collabunt[ſ] ruinis[a] patent edificia[b] nobilia[c] que magnificētia[d] extruxerat,[e] deceſſorum et[f] q amarius[g] eſt dolendū[h] animarū cura negligitur[i] et uicioꝝ[k] ſentibus[l] fomentū[m] periculoſe[n] prebet.[o] ¶ Nos[p] itaq; tot[q] malis tātiſq; diſcri

k ¶ Rectores.ſinguli in beneficijs reſidentes.

l ¶ Detrahit cōmodis.quintum incōueniens.⁊ talis detractō eſt uitanda cum ad cōtrarium.ſ.ad procurandā eccleſiarum utilitatē clerici ſunt aſtricti.xij.q.ij.c.ſine ⁊ extra de re.ec.non ali.dudum.et.c.ſi quis.C.de ſa.ſanc.ec.auten.hoc ius.x.q.ij.hoc ius.

m ¶ Et honori.ſextū incōueniens.et talis honor nō eſt pretermittendus.imo quandoq; lucro pecuniario preferendus.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.l.iulianus.

n ¶ Que.ſcilicet eccleſie.

o ¶ Defenſorū.ſine quibus nihil in preiudiciū eccleſie attemptari poteſt.extra ne ſe.ua.c.i.de re.ec.non alie.dudum.li.vi.et ar.C.ſi aduerſus rem iudi.l.cū et minores.cum ſi.

p ¶ In iuribus ſuis collabuntur.quod eſt contra.j.et eſt ſeptimū incōueniens et per hoc q dicit iuribus.cōprehendere videtur bona quecūq; ſint mobilia uel imobilia per ſe mouentia corporalia uel incorporalia.ar.C.de ſac.ſanc.eccle.l.iubem⁹.de quadri.p̄ſcrip.l.ij.de preſcrip.xxx.an.uel.xl.ſi quis in rem.inſti.de re.corp̄.et incor.circa ſinem.

q ¶ Libertatibus.octauū inconueniens.et in quibus cōſiſtāt libertates eccleſie:uide quod no.per inno.de ſen.ex.c.nouerit

r ¶ Multipliciter.hoc dicit qr quandoq; iura eccleſie depereunt ex negligentia beneficiati de qua ſcribitur q omnia ledit.in cor.auten.de queſto.§.hec omnia.col.vi.et eruditionis nouerca dicitur.lxxxiij.c.nihil.quandoq; ex indebita occupatōe ſeu inuaſione alioꝝ.xij.q.i.quicūq; militū.iij.q.i.re integrāda.

ſ ¶ Collabuntur.i.in totū uel in partem pereunt ſeu damnificant.ſimile verbū.C.de admi.tu.l.lex que tutores.circa me.

a ¶ Et ruinis.nonum incōueniens.et cum in talibus ruinis publicus deformet aſpectus.ff.ne quid in lo.pu.l.ij.§.ſi quis neminem.et.l.vl.extra de elec.c.fundamenta.§.digne itaq; uitāde ſunt ut ibi.ei.C.de edi.priua.l.ij.de.ope.pu.l.intra.⁊ ideo marmora uel colūne domus etiā per dictā eius legari uel in terminos alienari non poſſunt.ff.de le.i.cetera.et.d.l.ij.

b ¶ Edificia.que forent potius reparanda in ſuo bono ſtatu cōſeruanda.de elec.c.generali.li.vi.et patent exp̄ſſius.C.de admi.tu.l.lex que tutores.circa medium.et hoc citius q̄ noualia opera inchoanda ⁊ p' hoc enī plurimū laudis acquiritur ſi edificis collapſa uetuſtate uel deſidia derelicta uel alias inchoata imperfecta perficiant.C.de ope.publi.l.vlt.et ar.ff.e.l.opuſ et.l.ultima.

